



**Totius Iuris Canonici Compendium, Siue, Brevis Summa In  
Quinque Libros Decretalium Sacri Concilii Tridentini  
Decretis Accommodata**

In Qua Iuris Canonici Primae Institutiones, seu Elementa ita traduntur, ut  
plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac  
Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van  
Coloniae Agrippinae, 1656**

De vita, & honestate clericorum. Titulus I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](#)

IOAN· HONORII AB AXEL  
SVMMÆ DECRETALIVM.

LIBER TERTIVS.

*De vita, & honestate clericorum.*

Titulus I.

S V M M A R I A .

- 1 Clericorum appellatione qui veniant.
- 2 Clericatus probatur vere & presumptiuē.
- 3 Clericorum continentier vivere debent, & incontinentiū pena.
- 4 A Crapula, & ebrietate abstinere, & ebrū pœna.
- 5 A Negotijs, personis, locis, ludis & vestibus in honestia.
- 6 Clericus aleator excluditur à beneficio obtinēdo.
- 7 Clerici debent abstinere à negotijs, acularibus, & negotiatoru pœna.
- 8 Non debent frequentare monasteria monialium.
- 9 Clericorum habitus consistit in tonsura & clericā & secularium in vestibus clericalibus extrinsecū & intrinsecū, monachorū in cuculla.
- 10 Tonsura quid est.
- 11 Clerica quid sit.
- 12 Clericus quilibet secularis an teneatur deferre tonsuram.
- 13 Clericalis vestis secularis est talaris.
- 14 Clerici世俗的 an omnes teneantur deferre vestem clericalem, & pœna eanu non dferentium.
- 15 An perdant priuilegium fori.

16 Clericorum ioculatorum & histriōnum pœna.

17 Clericorum qui macellariorum & tabernariorum officium publice exercent pœna.

Post explicata officia Prælatorum, circa collationem Ordinum, negotia, & iudicia in lib. 1. & 2. præmittit in lib. 3. ante tractatus de rebus ad clericos, & ecclesiastis spectantibus titulum generalem, De vita & honestate clericorum, quia nemo recte monitoris luscipit perdonam, nisi qui a cibis suis errata condemnat, c. nemo si distinet. & ille iudicat de alterius errore, qui non habet in se ipso quod condemnet, c. qui sine c. iudicet c. postulatus 3. quest. 7. tum quia clerici in gravibus peccatis positi, dum suis premuntur, aliena non diluunt vitæ merito, sed ex officio; c. sciscitantibus 15. quest. 8. c. ipsi Sacerdotes, & c. neque 1. quest. 1. Cunctis enim liquet, quia cum is displiceret, qui ad intercedendum mititur, irati animus procul dubio ad deteriora prouocatur, c. in gravibus 3. quest. 8. Appellatione clericorum largo sumpto vocabulo veniunt omnes, qui habent ordines in quacunq; dignitate sint aut ordine, etiam in prima tonsura, c. clericū vers. fin. 72. diff. c. clerics 21. diff.

21. dist. c. clericus, & c. duo sunt genera 12. quest. 1.  
cap. per exemptionem de priuileg. in 6. c. clericis hoc  
tit. c. cum contingas, de etat. qualit. & ord. pref. c.  
cum tibi, de verb. signif. & ibi Panorm. in c. bona  
el. 1. num. 2. de post pralat. ideo priuilegium tri-  
butum clericis simpliciter conceditur om-  
nibus etiam in dignitate ecclesiastica con-  
stitutis, & religiosis, qui nomine clericorum  
in fauorabilibus comprehenduntur,  
Paner. inc. cum tibi de verb. signif. & inc. 2. nu. 6.  
de cohabit. cleric. & mulier. & in c. 1. numer. 7. ne  
clericis vel monachi & c. Felin. in c. non dubium n.  
1. de sent. excomm. & in c. licet in corrigendis nu-  
mer. 8. & 9. de off. ordin. Sed in materia odio-  
sa, & stricta significatiōne appellatione cle-  
ricorum non comprehenduntur Episcopi,  
nec alij existentes in dignitate, nec etiam ca-  
nonici Cathedralium Ecclesiarum, nec mo-  
nachi, seu religiosi, c. quia periculoso de sent.  
excomm. in 6. c. sedes & ibi not. de rescript. Panor.  
in d. c. bona el. 1. num. 2. de postul. pral. & in d. c. 1.  
num. 7. ne clericis, vel monachis, &c. quia vbi cun-  
que species ponit aliquid ultra genus suum,  
appellatione generis non venit illa species,  
c. statutum de elec. in 6. Felin. in d. c. non dubium  
sub num. 1. Innoc. in d. c. sedes sub num. 2. Cleri-  
catus † probatur verē & præsumptiue; ve-  
rē probari debet, quando agitur de bene-  
ficij adjudicatione alicui facienda tanquam  
clericis, quia iura mandant super ordinis  
collatione litteras fieri: c. fin. 71. dist. & dist.  
73. per totam c. legum 2. quest. 1. Panormi. in c. quo-  
niā contra num. 20. de probat. & ibi Can. Pro-  
batut autem tolo sigillo Episcopi, c. extraneo  
71. dist. 1. si qua per calumniam in fin. C. de episc. &  
cler. c. inter quatuor, de cler. peregr. c. post cessionem  
de probat. Per testes, c. tua de cleric. peregr. imo  
per unicum testem. Mohed. decis. 32. de renun-  
ciat. Bald. in c. licet 1. sub num. 4. de test. & ibi Fe-  
lin. in fin. & Can. Ias. in l. admonendi num. 98. in  
fin. ff. de iure iur. Per lūsufficientia indicia, & ido-

nea argumenta, c. inter quatuor, & ibi gloss. in  
verb. per argumenta Pan. num. 3. & Can. de cler.  
peregr. communem reputationem, Innoc. in c.  
innovuit num. 1. de eo, qui fuit ord. suscep. in pol-  
litorio, & petitorio, Paris. de resig. benef. lib. 4.  
quest. 2. num. 7. qui allegat decisiones Rota, ac in  
iudicio possessorio ex confessione partis;  
Crauett. conf. 93. num. 4. late Garz. de benef. part.  
7. c. 1. §. 1. num. 128. vñque ad finem, Fallit in ele-  
cricatu illegitimi, qui probari debet per litteras  
cum dispensatione, & non sufficit com-  
munis reputatio, aut possessorio habitus clericalis:  
Mandoj. designat grat. tit. prouisiones, vir.  
clericatus ill. gitimi, aitestans ita decisionem in Rota  
Mascard. de probat. conclus. 302. c. clericatus an  
probetur & c. n. 18. & seq. vb: limitat. Præsumpti-  
ue probatur, quando clericus fuit in posse-  
sione beneficij per aliquot tempora, & vi-  
xit ut clericus, quia præsumptio est pro pos-  
sessori nisi contrarium proberetur. Rota decis.  
8. de caus. possess. & propri. in antiqu. gloss. in c. ex in-  
sinuatione in verb. cleric. de procurat. & ibi Can.  
Item possessor beneficij non plene proba-  
to titulo beneficij potest agere nomine sui  
beneficij, pro pensione soluta prædecessori-  
bus, & postmodum ei detracta, licet ipse  
non fuerit in possessione percipiendi eam-  
dem, Rot. decis. 9. de caus. poss. & prop. in antiqu.  
Innoc. in cap. in litteris de restit. spol. Quando  
stat de ordinatione facta etiam ab alieno E-  
piscopo, ea præsumitur bene, & rite facta ex  
cumstantijs, Archid. in c. Lugdunens. numer. 3. 9.  
quest. 2. Lap. alleg. 138. num. 18. & 19.

Continenter † & caste debent vivere 3  
clericis, quatenus in conspectu Omnipoten-  
tis Dei puro corde, ac mundo corpore va-  
leant ministrare; comprehensi in continentie  
vitio laborare suspendantur ab officio, &  
beneficio, c. vt clericor. h. t. vt quos ad vitæ de-  
cora domestica laudis exempla non reuoc-  
cant, correctionis medicina compellat;

l. 71164

lynica c. de emend. propinq. c. cum in cunctis in fin. de elec. cap. docendus 62. distinct. si quis ex causa libidinis suspensus presumperit celebrare diuina, ecclesiasticis beneficiis spoliatur, & pro duplice culpa perpetuo deponitur. d. c. vt clericorum, vers. si quis igitur c. clerici clatores de cler. excom. depos. Secundo debent a crapula, & t̄ ebrietate diligenter abstine-re dist. 35 per tot. quia ebrietas & mentis inducit exilium, & libidinis prouocat incen-tuum. In his culpabilis & monitus non de-sistens suspenditur ab officio, & beneficio, c. a crapula hoc tit. c. vnum horarum, vers. & quam-uu. apostolus, & ibi gl. in verb. ebrietas 25. dist. & Can. cap. fin. dist. 35. Tertio debent abstinere s̄anegotii, t̄ personis, locis, ludis, vestibus in honestis: d. cap. clericis hoc tit. c. r. eodem in 6. c. hu. igitur, & c. seq. 23. d. distinct. c. cum dignitates §. resuū. sep. 24. nor poslunt deferre antulos, nisi quibus competit ex officio dignitatis. d. 6. c. clericis, vers. fibulas. Clericus t̄ aleatore exclu-ditur ab obtinendo beneficio, sed non ab obtento nisi sit incorrigibilis, c. inter dilectos, & ibi Panor. num. 6. de excess. pral. d. c. clericis, & ibi gloss. in verb. ad aleas, & Can. Quarto de-bent abstinere a negotiis t̄ secularibus, & qui tertio monitus negotiationibus insti-tuit, interim quoad facultates & bona per-dit priuilegium clericale, & ita suspenditur priuilegium quoad tempus propter deli-cium, quia factō abijcit priuilegiū clericale, dum illis se implicat, c. fin. hoc tit. & ibi glo. fin. & Can. c. fornicari 88. dist. c. clericis 14. quest. 4. Negotiator est, qui rem comparat vt inte-gram, & immutatam vendendo lucetur, qui vero rem comparat, vt materia sibi sit inde aliquid operandi, non est negotiator, c. ejcīens vers. quicunque 88. distinct. Quinto gnon debent frequentare monasteria t̄ mon-astrialium sine rationabili, & manifesta causa iure decretalium: d. c. monasteria hoc tit. & ibi

Summa in Decretales.

gl. & Can. Ex sanctione Concilij Tridentin. sine causa necessaria, c. 5. §. ingredi seß. 28. & clericus monitus non desitens deponitur. d. c. Monasteria, Concilium Tridentinum sta-tuit, vt qua alias à summis Pontificibus, & à sacris Conciliis de clericorum vita & hone-state, cultu, doctrina retinenda salubriter fuerunt sancta, eadem in posterum sub eiusdem p̄ennis, vel maioribus arbitrio Ordinarij imponendis obseruentur, nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum corre-ctionem pertinet suspendat, c. 1. seß. 22.

Habitus t̄ clericorum consistit in tonsu-ra & clerica, c. clericis vers. coronam & tonsuram, s. si quis, & tribus c. seq. hoc tit. c. 1. de cler. coniug. in 6. & saecularium in vestibus clericalibus extrinsecis, & intrinsecis, quando intrinse-ca appareret, Franc. in cap. 1. sub numer. 1. & ibi Anch. in 5. notab. ponderat Verbum, publice, & Can. de cler. Coniug. in 6. Clem. 2 hoc tit. c. si iudex Laicus §. idem est Censendus, de sent. ex-comm. in 6. & sic in clausis indumentis de su-per deferendis nimia breuitate, vel longitu-dine non notandis: d. c. clericis hoc tit. vers. clau-sula. d. c. si iudex Laicus §. idem est Censendus, de sent. ext. in 6. Bald. in 1. si qua per calumniam nu. 3. C. de Episc. & cler. c. 1. de cler. coniug. in 6. Mono-chorum vero in cuculla, c. intellectimus de at. & qualit. & c. Clem. 1. §. 1. de stat. Monach. nulla co-loris habita ratione: c. fin. 20. qu. 1. Archid. in 6. 2. sub num. 1. ne Clerici, vel Monach. in 6. Ton-sura proprie t̄ est illa abscissio capillorum, to-quæ est in parte inferiori, vt aures pateant, c. pen. 23. distinct. sed clericis t̄ est abscissio capil-lorum in parte superiori, & circuitus abscis-sionis illorum capillorum, vocatur corona, gloss. in c. 1. in ylt. nota. de cler. coniug. c. vniuerso eod. in 6. c. vniuerso de bigam. in 6. & ibi Can. Quilibet clericus saecularis t̄ beneficiatus, vel in sa-cribis existens tenetur de præcepto deferre tonsuram: c. Ioannes, & ibi post 2. Can. de cler. coniug.

Rrr coniug.

coniug. d.c.vnico eodem in 6. d.c.vnico de Brigam.  
 in 6. & iiii Can. in minoribus ordinibus con-  
 stitutus non habens beneficium non tene-  
 tur deferre tonsuram, & fin. & ibi glo. 1. 50. dist.  
 d.c.vnico de bigam. in 6. Ex decretis Concilij  
 Tridentini, non gaudet priuilegio sacerdoti, nisi  
 clericalem habitum & tonsuram defens  
 alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inserv-  
 iat, vel in seminario clericorum, aut in al-  
 liqua schola, seu vniuersitate de licentia  
 episcopi versetur: c. nullus seb. 23. Vestis cle-  
 13 ricalis sæcularis est talaris, & pen. 23. dist. ordi-  
 ni, & dignitati clericali congruens, quæ de-  
 pendet ex ordinatione, & mandato ipsius e-  
 piscopi, cap. nullus seb. 14. quia certa forma  
 in iure non exprimitur clericis sæcularibus,  
 sed quidam habitus, & quidam colores sunt  
 interdicti, Pan. in c. 1. in 2. notab. de apost. Clem.  
 1. & ibi gloss. pen. in fin. de elect. Pan. in cap.  
 transmissam, sub num. 2. in verb. hab. tu de elect. &  
 ibi Can. recensisti in cap. pen. hoc tit. & in  
 Clem. 2. eod. De cuculla Monachorum sub  
 14 proprio titulo dicemus. Tenentur omnes &  
 Clerici sæculares etiam exempti deferre ve-  
 stem clericalem, si in sacris fuerint constitu-  
 ti, aut beneficia qualiacumque Ecclesiastica  
 obtinuerint, & ex constitutione Sixti V. in  
 ordine 30 part. 2. in illis vel ad ea ius habue-  
 rint sub pena priuationis ipso facto, & si  
 postquam ab episcopo suo etiam pereditum  
 publicum moniti fuerint, habitum  
 clericalem non detulerint per suspensiō nem  
 ab ordinibus, ab officio, & beneficio, ac fru-  
 ctibus, redditibus, & prouentibus ipsorum  
 beneficiorum, necnon, si semel correpti, de-  
 nudo in hoc deliquerint, etiam per priua-  
 tionem beneficiorum, & officiorum huiusmo-  
 di coercere possunt, & debent, & quia vero  
 seb. 14. quod innovat, & ampliat Clem. quoniam  
 hoc tit. Præterea clericus dimittens habitum,  
 & tonsuram in criminibus, siue enomina-  
 tibus deprehensus per censurā ecclesiasti-  
 cam non liberatur, c. 1. de A; off. id est, laici  
 eum deprehendentes, & percutientes no-  
 incidunt in canonem, siue excommunica-  
 tionem, sed non perdit & priuilegium sacerdotii,  
 Panorm. in d. c. 1. in 2. lect. & num. 6. de apost. si  
 vero incedit, & vivit ut laicus, & tertio ab  
 ordinatio monitus non resipiscat, perdi-  
 t priuilegia clericalia, & auctoritate iuris ha-  
 betur pro degradato, c. in audience c. coniug.  
 2. de sent. ex comm. quia cum monitus seip-  
 sum contempnerit emendare, illius immu-  
 nitatis c. fin. i. ut ex oris, quæ pro clericorū  
 tutela, & laicorum violentiæ coercenda di-  
 gnoscitur instituta, d. c. comingit 2. & bi post  
 glo. fin. & Can. si captus detineatur à judice  
 sæculari, cognitio an vestis sit clericalis spe-  
 ciat ad iudicem laicum, Guid. Pap. qu. 128. n.  
 2. & seqq. per c. si iudex laicus de sent. ex comm. in  
 6. cognitio vero an sit clericus, ad iudicem  
 Ecclesiasticum, c. si iudex laicus de sent. ex comm. in  
 6. Bald. in 1. si qua per calumniam numer. 4. C. de  
 Episc. & Cler. quia probatio tituli clericalis  
 est quid spirituale, d. cap. si iudex laicus in fin.  
 princip. & ibi Can. notant. sed probatio habi-  
 tus est quid temporale, & prophanum, arg.  
 c. ad nuptiarum, & ibi gl. & Can. de Consur. dist.  
 3 Bald. in 1. si qua per calumniam numer. 3. & 4. C.  
 de Episc. & Cler. Eadem ratione clerici, qui  
 si ioculatores, seu goliardos faciunt, aut  
 bufones, seu histriones, si per annum artem  
 illam ignominiosam exercuerint, ipso iure;  
 si auem tempore breviori, & tertio moniti  
 non resipuerint, carent omni priuilegio  
 clericali: c. vnico hoc tit. in 6. illi vero qui ma-  
 celliorum, aut & tabernaciorum officium 17  
 publice & personaliter exercent, si nomi-  
 nationem & tertio moniti ab his non desti-  
 rint, aut ipsa exercenda reasumpserint,  
 coniugati omnino, non coniugati in rebus,  
 & si omnino incedant ut laici in personis,  
 priuilegiis

priuilegium clericale, quamdui præmissis insticerint, eo ipso amittunt, Clem. i. hoc tit. Capr. concl. 49. recensens plures casus, in quibus Clerici perdunt priuilegia clericalia.

De cohabitatione Clericorum, & mulierum.

Titulus II.

S V M M A R I A.

- 1 Clericus peccat mortaliter cohabitando cum qua- cunque muliere de qua potest esse rationabi- lis suspicio.
- 2 Clericus potest cohabitare ascendentibus, descen- dentibus, & ex linea transuersali mulieribus consanguineis usque ad secundum gradum, vxoribus fratribus, vxoribus seruorum.
- 3 Mulier delinquens cum clero efficitur de foro Ecclesiastico.
- 4 Clericorum concubinas tenentium pena.
- 5 Cuius sit cognitio.
- 6 Quid si beneficia aut pensiones non habeant.
- 7 Episcoporum concubinas tenentium pena.
- 8 A Clericis & presbyteris fornicariis an licite di- uina ministeria audiantur & recipientur sacramenta.

**O HABITATIO** mulierum cum clericis  
Credidit vitam clericorum aut inhone-  
stam, aut suspectam, ideo post præcedenteim  
titulum subjicitur hic titulus: nam clericus  
1. t̄ peccat mortaliter coabitando cum qua-  
cunque muliere, de qua potest esse ratio-  
nabilis suspicio, c. i. hoc tit. c. interdixit 32. dist.  
aut accedendo, vel frequentando domos  
quarumcumque mulierum suspectarum,  
cap. clericus solus cap. clericorum legitur, &c. in  
omnibus 8. c. dist. c. si quisquam hoc tit. sunt quæ-  
dam de quibus rationabilis suspicio t̄ non  
habetur, vt ascendentes, descendentes, & in  
linea transuersali consanguineæ ad secun-

dum gradum, & ex affinitate vxores fra-  
trum; c. fœminas c. cum omnibus 81. dist. gl. in c.  
i. in verb. canones, & ibi Can. hoc titulo. & in eis  
non requiritur seneatus, Panorm. in c. à nobis  
in fin. h. t. quia fœdus naturale non permittit  
aliquid laeti criminis cum istis suspicari, c. à  
nobis hoc tit. l. eum qui C. de episc. & Cler. præte-  
rea vxores seruorum, d. c. cum omnibus 81. dist.  
qua tamē omnes si suspectæ fuerint, non  
debent cum clericis remanere, cap. quorum-  
dam 34. dist. gloss. in c. i. in verbo canones hoc titu-  
lo. Mulier delinquens cum t̄ clero subijcit  
cuitu foro Ecclesiastico, vnde potest per iudicem  
ecclesiasticum puniri, quia committit  
quasi sacrilegium, c. eos, & ibi glo. 1. 32. dist.  
c. virginibus 27. q. 1. Panorm. in c. 2. num 5. hoc tit.  
per illum textum, tum quia concubinatus est  
crimen Ecclesiasticum, & secundum leges  
non est crimen, l. in concubinatu ff de concub. l.  
vnica C. eod. Panorm. in c. cum sit generale n. 25. de  
for. compet.

Clerici t̄ concubinas, aut alias maiores, 4  
de quibus potest haberi suspicio in domo,  
vel extra determinates, aut cum ijs vllam con-  
suetudinem habentes pœnis à sacris cano-  
nibus, vel statutis ecclesiastum impositis  
puniuntur: c. quam turpe seß. 25. datur t̄ ele-  
ctio episcopo quam pœnam velit impone-  
re, Panor in c. 2. n. 7. hoc tit. quod si ab episco-  
po, ad quem infrascriptorum cognitio per-  
tinet sine strepitu &c. & sola facti veritate  
inspecta, & non ad archidiaconos, aut alios  
inferiores, d. c. quam turpe \$. nec quauis seß. 25.  
Semel non secundo, aut tertio moniti, vt De-  
cretales requirunt, c. 2. c. si autem h. t. ab ijs se nō  
abstinuerint, tertia parte prouentuum be-  
neficiarum suorum quorumcumque, & pœ-  
sionum ipso facto sunt priuati, quæ fabricas,  
aut alteri pio loco arbitrio Episcopi appli-  
cetur. Si in delicto eodem cum eadem, vel a-  
lia fœmina perseverantes secundo moniti

Rer. 2 adhuc